

I Cum Menates discessisset, Cossinius mihi, Nos te non dimittemus, inquit, antequam illa tria explicaris, quae coeperas nuper dicere, <cum> sumus interpellati. Quae tria? inquit Murrius, an ea quae mihi here dixisti de pastoricia re? Ista, inquit ille, quae coe- 5 perat hic disserere, quae esset origo, quae dignitas, quae ars, cum † poetam sesum visere venissemus, 2 ni medici adventus nos impedisset. Ego vero, inquam, dicam dumtaxat quod est historicon, de duabus rebus primis quae accepi, de origine et dignitate. de tertia 10 parte, ubi est de arte, Scrofa suscipiet, ut semigraecis pastoribus dicam graece, ὅς πέρ μου πολλὸν ἀμείνω<ν> (*Hom. H 114*). nam is magister C. Lucili Hirri, generi tui, cuius nobiles pecuariae in Bruttiis habentur. Sed haec ita a nobis accipietis, inquit Scrofa, ut vos, qui 15 estis Epirotici pecuari<ae> athletae, remuneremini nos ac quae scitis proferatis in medium. nemo enim omnia 3 potest scire. Cum accepissem condicionem et meae partes essent primae, non quo non ego pecuarias in Italia[m] habeam, sed non omnes qui habent citharam 20 sunt citharoedi: Igitur, inquam, et homines et pecudes cum semper fuisse sit necesse natura — sive enim aliquid fuit principium generandi animalium, ut putavi<t> Thales Milesius et Zeno Citieus, sive contra principium horum extitit nullum, ut credidit Pythagoras Samius 25

1 sq. nosse (noste *cod. Par.*) non demitemus: *corr. m* | illa tria (tria illa *apogr. nonnulla. illa tria corr. tria illa in archetypo fuisse videtur*) || 3 *add. Angelius* || 5 ista (*insta V*) an quid (*inquit plurima apographa, an quid Pol. et cod. Flor.*) || 7 cum poetam *sqq.*] notam adpositam esse adnotavit Victorius (Paetum fessum *Ursinus*) || 8 ni *Iucundus. ne (nei Keil)* | impedisset *Ursinus. inredisset* || 12 ΟCΠΕΡ ΜΟΥΤΙΟΛΛΟΝ·ΜΕΙΝΩ *cod. Par., ὅπερ μου πολλὸν ἀμείνω Pol. (ν·add. Iucundus)* || 13 C. Lucili Hirri *Nipperdey. C. lucilli hipri* || 16 pecuariae athletae *Keil. pecuariathietae* || 18 accepissent *Reitzenstein* | condicionem || 19 sq. in italiam (in Italia *V*) || 21 sq. pecu cum (*pecd' cum cod. Par., pecua cum antiqui libri Victorii, pecorum apographa recentiora. pecu cum superscripto d in archetypo fuisse videtur. pecudes cum m*) || 23 sq. putauithales | cytieus ||